



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De pudore bono. cap. xl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A stodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. Et ait rex Israël ad eum: Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim absterfit puluerem de facie sua, & cognouit eum rex Israël, quod esset de Prophetis. Qui ait ad eum: Hęc dicit Dominus, Quia dimisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.

Scrutabor Ierusalē in lucernis, & visitabo super viros defixos in facibus suis, *Soph. 1.* qui dicunt in cordibus suis, Nō faciet Dñs bene, & nō faciet malē. Aperite horrea eius: scrutamini eam sicut speluncā, & exterminate eam. Ne sitis ipsi hospitium.

Terra, terra, audi verbum Domini: Scribe virum istum sterilem inter homines. *Hier. 22.*
 B Non crescat de semine eius vir sedēs super thronum Dauid in Iuda.

Cum nobis res est cum ijs, qui infestum aduersus veritatem odium gerunt, ac mandatis Basl. Dei aduersantur, tum necesse est obsequi huic praecepto Dei: Si oculus tuus dexter scandalizet te, erue eum, & projice abs te. Nam alioqui benignitas ea, quam huiusmodi hominibus adhibueris, stulta & illi clementia non dissimilis fuerit, qua Saul, contra quam ei à Domino imperatum fuerat, erga Agag usus est.

DE ANGARIA.

CAP. XXXIX.

C M BECILLES impiorū vineas sine cibo & mercede coluerūt. *Job. 24.*
 Si quis te angariauerit mille passus, vade cum eo alia mille. *Mat. 5.*
 Væ qui ædificat domū suam in iniustitia, & cœnacula sua *Hier. 22.*
 non in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.
 Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum intrauit in aures Domini exercituum.

DE PVDORE BONO.

CAP. XL.

D E M & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui, faciēsque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. *Gen. 9.*
 Est confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam & gratiam. Ante grandinem exhibit coruscatio: & ante pudibundum exhibit gratia. Erubescite à patre & matre *Eccli. 4. 32. 41.*
 de fornicatione, & à presidente & à potēte de mendacio: à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: à socio & amico de iniustitia, & de loco in quo habitas: de furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: à salutantibus, de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. Caue ab amicis de sermonibus improprij, & reuelatione verbi absconditi. Et eris pudibundus vt verax: & inuenies gratiam coram omni homine.

DE PVDORE MALO.

CAP. XLI.

R O anima tua ne confundaris. Est enim confusio adducens peccatū, *Eccli. 4.* & est confusio adducens gloriam & gratiam. Et ne accipias personā aduersus animam tuam: & ne reuerearis in ruinam tuam. Est qui propter pudorem promittit amico suo: & acquisiuit eum inimicū. *25.*
 Ira & impudentia & infamia magna est, si mulier primatū teneat in virum suum.